MISSA
De Septem Doloribus Beatæ Mariæ Virginis.
A Sanctissimo Domino Nostro
CLEMENTE PAPA DECIMO
Regnis subiectis Catholico Regi Hispaniarum celebrari concessa fer. 6. Post Dominicam Passionis.

Introitus.

STabat iuxta Crucem Iesu Mater eius, & soror Matris eius Maria Cleophæ, & Salome, & Maria Magdalenæ. ℣. Mulier ecce filius tuus, dixit Iesus ad discipulum autem; Ecce mater tua. ℣. Gloria Patri, &c.

Oratio.

DEvs, in cuius passione, secundùm Simeonis prophetiam, dulcissimã animã gloriosæ Virginis, & Matris Mariæ doloris gladius pertransiuit: concede propitius, vt qui transfixionem eius, & passionem venerando recolimus, gloriosis meritis, & precibus omnium Sanctorum Cruci fideliter astantium intercedentibus, passionis tuæ effectum felicem consequamur. Qui viuis, & regnas, &c.

Et fit commem. feriæ.

Lectio libri Iudith.

BEnedixit te Dominus in virtute sua, qui per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Benedicta es tu à Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram. Benedictus Dominus, qui creauit Cœlum, quia hodiè nomen tuum, ità magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum: pro quibus non pepercisti animæ tuæ, propter angustias, & tribulationes generis tui: sed subuenisti ruinæ ante conspectum Dei nostri.

Graduale. Dolorosa, & lacrymabilis es Virgo Maria, stans iuxtà Crucem Domini Iesu Filij tui redemptoris, Alleluia, alleluia.

℣. Virgo Dei genitrix, quem totus non capit Orbis, hoc Crucis fert supplicium vitæ factus homo.

Post Septuagesimam, omisso Alleluia, *dicitur Tractus.* Stabat Sancta Maria, Cœli Regina, & Mundi Domina, iuxtà Crucem Domini nostri Iesu Christi dolorosa.

℣. O vos omnes, qui transitis per viam attendite, & videte si est dolor, sicut dolor meus.

Tempore Paschali, Alleluia, alleluia, Stabat Sancta Maria Cœli Regina, & Mundi Domina, iuxtà Crucem Domini nostri Iesu Christi, dolorosa, Alleluia.

℣. O vos omnes, qui transitis per viam attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus. Alleluia.

Sequentia semper dicenda.

STabat Mater dolorosa,
Iuxtà Crucem lacrymosa,
Dùm pendebat filius.
Cuius animam gementem
Contristatam, & dolentem
Pertransiuit gladius.
O quam tristis, & afflicta
Fuit illa benedicta
Mater vnigeniti!
Quæ mœrebat, & dolebat,
Pia mater, dum videbat,
Nati pœnas inclyti.
Quis est homo, qui non fleret,
Matrem Christi si videret
In tanto supplicio?
Quis non posset contristari,
Matrem Christi contemplari,
Dolentem cum Filio?
Pro peccatis suæ gentis,
Vidit Iesum in tormentis,
Et flagellis subditum.
Vidit suum dulcem Natum,
Moriendo desolatum,
Dum emisit spiritum.
Eia mater fons amoris,
Me sentire vim doloris
Fac, vt tecum lugeam.
Fac, vt ardeat cor meum
In amando Christum Deum;

Vt

Vt sibi complaceam.
Sancta mater istud agas,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo validè.
Tui nati vulnerati
Tàm dignati pro me pati
Pœnas mecum diuide.
Fac, me tecum piè flere,
Crucifixo condolere
Donec ego vixero.
Iuxtà Crucem tecum stare,
Et me tibi sociare
In planctu desidero.
Virgo virginum præclara,
Mihi iam non sis amara,
Fac me tecum plangere.
Fac, vt portem Christi mortem,
Passionis fac consortem,
Et plagas recolere.
Fac, me plagis vulnerari,
Fac, me Cruce inebriari,
Et cruore filij.
Flammis ne vrar succensus,
Per te Virgo sim defensus,
In die iudicij.
Christe, cum sit hinc exire,
Da per Matrem me venire
Ad palmam victoriæ.
Quando corpus morietur,
Fac, vt animæ donetur
Paradisi gloria. Amen.

Tempore Paschali additur. Alleluia.

✠ Sequentia Sancti Euangelij secundùm Ioannem. *cap. 19.*

IN illo tempore Stabat iuxtà Crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ. Cum vidisset ergo Iesus Matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicit Matri suæ. Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce Mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. *Dicitur*. Credo.

Offertorium. Recordare Virgo Mater Dei, dum steteris in conspectu Dei, vt loquaris pro nobis bona, & vt auertas indignationem suam à nobis.

Secreta.

OFferimus tibi preces, & hostias, Domine Iesu Christe, humiliter supplicantes, vt qui transfixionem dulcissimi Spiritus B. Mariæ matris tuæ precibus recensemus: suæ, suorumque sub Cruce Sanctorum consortium multiplicato pijssimo interuentu, meritis mortis tuæ, meritum, cum beatis habeamus. Qui viuis, & regnas, &c.

Præfatio de B. M. V. Et te in transfixione.

Communio. Felices sensus Beatæ Mariæ Virginis, quæ sine morte meruerunt martyrij palmam sub cruce Domini.

Postcommunio.

SAcrificia, quæ sumpsimus, Domine Iesu Christe, transfixionem Matris tuæ, & Virginis deuotè celebrantes, nobis impetrent apud clementiam tuam omnis boni salutaris effectum. Qui viuis, & regnas, &c.

In Missis votiuis dicatur sequens Oratio.

INteruentat pro nobis, quæsumus Domine Iesu Christe, nunc, & in hora mortis nostræ, apud tuam clementiam B. Virgo Maria Mater tua, cuius sacratissimam animam, in hora tuæ passionis, doloris gladius pertransiuit. Qui viuis, & regnas, &c.

æ, & Maria Magdalenæ. Cum
rsus Matrem, & discipulum,
diligebat, dicit Matri suæ. Mu-
tuus. Deinde dicit discipulo:
ua. Et ex illa hora accepit eam
us. *Dicitur*. Credo.
. Recordare Virgo Mater Dei,
n conspectu Dei, vt loquaris
s, & vt auertas indignationem

Secreta.

s tibi preces, & hostias, Do-
esu Christe, humiliter suppli-
transfixionem dulcissimi Spi-
matris tuæ precibus recolu-
rumque sub Cruce Sanctorum
multiplicato piissimo interuen-
rtis tuæ, meritum, cum beatis
s viuis, & regnas, &c.
B. M. V. Et te in transfixione.
. Felices sensus Beatæ Mariæ
æ sine morte meruerunt mar-
sub cruce Domini.
Postcommunio.
quæ sumpsimus, Domine Iesu
transfixionem Mariæ tuæ, &
è celebrantes, nobis impetrent
iam in omni bono salutaris
viuis, & regnas, &c.
tuis dicatur sequens Oratio.
pro nobis, quæsumus Domi-
riste, nunc, & in hora mortis
am clementiam B. Virgo Ma-
cuius sacratissimam animam,
ssionis, doloris gladius per-
uis, & regnas, &c.

Vt fibi complaceam.
Sancta mater iftud agas,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo validè.
Tui nati vulnerati
Tàm dignati pro me pati
Pœnas mecum diuide.
Fac, me tecum piè flere,
Crucifixo condolere:
Donec ego vixero.
Iuxtà Crucem tecum ftare,
Et me tibi fociare
In planctu defidero.
Virgo virginum præclara,
Mihi iam non fis amara,
Fac me tecum plangere.
Fac, vt portem Chrifti mortem,
Paffionis fac confortem,
Et plagas recolere.
Fac, me plagis vulnerari,
Fac, me Cruce inebriari,
Et cruore filij.
Flammis ne vrar fuccenfus,
Per te Virgo fim defenfus,
In die iudicij.
Chrifte, cum fit hinc exire,
Da per Matrem me venire
Ad palmam victoriæ.
Quando corpus morietur,
Fac, vt animæ donetur,
Paradifi gloria. Amen.

Tempore Pafchali additur. Alleluia.

✠ Sequentia Sancti Euangelij fecundùm Ioannem. *cap. 19.*

IN illo tempore Stabat iuxtà Crucem Iefu mater eius, & foror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ. Cum vidiffet ergo Iefus Matrem, & difcipulum ftantem, quem diligebat, dicit Matri fuæ. Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit difcipulo: Ecce Mater tua. Et ex illa hora accepit eam difcipulus in fua. *Dicitur*. Credo.

Offertorium. Recordare Virgo Mater Dei, dum fteteris in confpectu Dei, vt loquaris pro nobis bona, & vt auertas indignationem fuam à nobis.

Secreta.

OFferimus tibi preces, & hoftias, Domine Iefu Chrifte, humiliter fupplicantes, vt qui transfixionem dulciffimi Spiritus B. Mariæ matris tuæ precibus recenfemus: fuæ, fuorumque fub Cruce Sanctorum confortium multiplicato piiffimo interuentu, meritis mortis tuæ, meritum, cum beatis habeamus. Qui viuis, & regnas, &c.

Præfatio de B. M. V. Et te in transfixione.

Communio. Felices fenfus Beatæ Mariæ Virginis, quæ fine morte meruerunt martyrij palmam fub cruce Domini.

Poftcommunio.

SAcrificia, quæ fumpfimus, Domine Iefu Chrifte, transfixionem Matris tuæ, & Virginis deuotè celebrantes, nobis impetrent apud clementiam tuam omnis boni falutaris effectum. Qui viuis, & regnas, &c.

In Miffis votiuis dicatur fequens Oratio.

INteruenіat pro nobis, quæfumus Domine Iefu Chrifte, nunc, & in hora mortis noftræ, apud tuam clementiam B. Virgo Maria Mater tua, cuius facratiffimam animam, in hora tuæ paffionis, doloris gladius pertranfiuit. Qui viuis, & regnas, &c.